

das geistige Wohl der Genossenschaft des frühern Abtes vollends überzeugt sei. Dankend folgte Godfried und schrieb den Mönchen und Officialen in Echternach mit den Worten des Apostels Paulus:

„Gaudete in Domino semper. Freut euch immer im Herrn. ich sage es wieder, freuet euch. Euere Bescheidenheit werde den Menschen bekannt, denn der Herr ist nahe. Seiet ohne Sorgen, aber lasset Gott im Gebete euere Bedürfnisse kennen. Die Fessel ist zerrissen, wir sind aus der Knechtschaft befreit. Der Kaiser hat der Trierischen Kirche Nassau zurückgestellt und dagegen unsere Abtei vom Erzbischof wieder erhalten. Er liess auch nicht zu, dass ich von meiner Stelle weiche.“

(Fortsetzung folgt im nächsten Hefte.)

Das Wilheringer Formelbuch »De kartis visitacionum.«

Herausgegeben von Dr. Otto Grillnberger, Ord. Cist. in Wilhering.

(Fortsetzung zu Heft II. 1898, S. 229—246.)

c.

1. De statu domus.

Nos frater *W.* dictus abbas *talis loci* subscriptum invenimus et reliquimus statum domus. Facta ergo computatione *tot tal.* et *tot den.* Wiennenses a visitacione preterita, que facta fuerat anno domini *etc.*

Expense per idem tempus correspondent receptis. Preterea XII. tal. . . .¹⁾ domus debita. Domus tantum pre manibus habuit. .

In quorum evidenciam sigillum nostrum a tergo presentibus est appensum.

2. De obligacione.

Nos frater *talis* presentibus profiteur, quod apud *talem* virum accepimus C marcas argenti Wiennensis ponderis super grangiam unam *vel* predium in *tali loco*, quam habet in vadio tali pactu, quod ad unum quinquennium totum illius grangie *vel* predii²⁾ emolumentum *vel* usufructus eveniet ad manus eius et non infra quinquennium redimere licebit,³⁾ sed per singulos annos XX marce cadunt de sorte, ita ut terminato quinquennio ad manus nostras reveniat predium memoratum et tocius summe debita persolvantur. Ne igitur in posterum oriatur dubitacio in hoc facto, hanc litteram conscribi fecimus et sigilli nostri⁴⁾ munimine roborari.

¹⁾ Eine Lücke von 2 Cm.

²⁾ *predium.*

³⁾ *non licet.*

⁴⁾ *sigillo nostro.*

3. De provisione unius abbatis.

Nos frater *N.* dictus abbas in *Wilhering etc.* venerabilibus et in Christo dilectis dominis abbatibus.., qui pro tempore fuerint, et conventui *talis loci* salutem paternam et in virtute sancte obediencie fideliter observare. Quoniam nostra interest paterna et visitatoria sollicitudine filiorum nostrorum labores pensare et unicuique pro meritis et commodo providere, hinc est quod honorabilis fratris.. prius abbatis *loco tali* videntes probitatem et veraciter cognoscentes fide dignarum testimonio personarum, qualiter videlicet *tot* annis laudabiliter prioratum rexit et *tot* annis prefuit abbacie utrumque officium, licet pessima fuerint tempora, indampniter tam in temporalibus quam in spiritualibus gubernando, eidem fecimus hanc gratiam, sicut est concedens militem emeritum post labores ac incommoda¹⁾ repausare, videlicet ut cameram sibi constructam cum domuncula contigua, que nulli cognoscitur onerosa, in qua bibat, dormiat atque comedat, atque seniore, quemcumque voluerit habere de conventu...²⁾ Preterea volumus eum stare in omni loco post abbatem et priorem sibi que de coquina abbatis et vino abbatis providere, si vero abbatem abesse contigerit, nichilominus de infirmaria et domo hospitem liberaliter [F. 6'] ministrare.³⁾ Insuper sit exemptus ab omnibus conventualibus officiis atque choro; loquatur eciam [cum] servitore irrequisita licencia intra cellam, cum omnibus aliis, ubi placet; donaria nichilominus recipiat preter licenciam unam libram et quod nullus auctoritate compelli possit contra voluntatem⁴⁾ suam ad aliquod officium assumendum. Ipsumque ad actus legitimos, ad omnes ibidem ordinis dignitates eligibilem atque ydoneum approbamus et decernimus presencium litterarum testimonio. Ut autem hec nostra concessio et indulgencia in predictis omnibus inconvulsa et integra perseveret, quam eciam volumus et precipimus ab omnibus et per omnia sub pena nostri precepti et obediencie inviolabiliter observari, damus litteram nostram predicto⁵⁾ fratri.. nostri sigilli munimine roboratam. Et in testimonium evidens ac munimen eandem sibi litteram volumus venerabilium abbatum nostrorum de *tali* et *tali loco* sigillis pro maiori firmitate consignari. Datum *etc.*

4. De conductu visitatoris.

Venerabili et in Christo sibi karissimo coabbati suo *tali* frater *Ch.* dictus abbas in *tali loco* paterne dileccionis affectum

¹⁾ *comoda.*

²⁾ *habeat?*

³⁾ *provideri — ministrari?*

⁴⁾ *voluntatem.*

⁵⁾ *predicti.*

cum salute. Dilectioni vestre presencium tenore significamus, quod deo duce secundum ordinis nostri instituta gracia visitandi ad vos venire personaliter intendimus. Quapropter aliquem de vestris ad hoc ydoneum feria quarta proxima post diem beati Barnabe apostoli ante prandium ad locum consuetum destinatis, qui nos securos ad vestrum monasterium perducatur. Omnes eciam, qui nostre visitacioni digne interesse debent, occasione qualibet cessante ad monasterium vocantes. Datum in *tali loco tali die tali anno etc.*

5. De obitu unius amici.

Reverendo *etc.* Doloris et meroris aculeo quam plurimum sauciatus de filii nostri obitu karissimi, qui nuper vocante domino de medio esse sublatus, sinceritati¹⁾ vestre, de qua magnam semper habemus confidenciam, molestias, que de tam tristi casu cor meum inconsolabiliter vulneraverunt,²⁾ gravi vobis conqueror cum dolore confidens, quod ob dileccionem, qua me hactenus semper gracious confovistis, vestra pietas michi condoleat et super eo spiritum michi prebeat compassivum.

Insuper obnixius vobis supplico, ut in conventu vestro quemlibet sacerdotem missam pro defunctis legere faciatis in remedium anime sue.

6. Recommendat se oracionibus tocius ordinis.

Viris religiosis et venerabilibus in Christo patribus et amicis domino abbati *Cysterciensi* et sacro³⁾ suorum coabbatum collegio in suo capitulo congregato⁴⁾ salutem et spiritu consilii habundare.

Cum necessitate nos oporteat terrena negocia procurare et Marthe⁵⁾ sollicitudinem gerere, in habendis variis et multiplicibus [F. 7] eorundem negotiorum curis tanquam quibusdam laqueis impedimur, ne ad promissum bravium currere possimus expediti, et mundane sollicitudini incurvati vix valemus aliquando cor ad celum dirigere et quasi dimisso ad horam onere celestia meditari suspirando. Unde nobis necessarium est, ut sub pressura ponderis incumbentes eorum meritis et precibus fulciamur, qui a strepitu seculari mente et corde separati sedent ad pedes domini cum Maria. Quapropter sinceritatem⁶⁾ vestram affectuose rogamus, quatenus intuitu et habito⁷⁾ respectu ad hoc, quod ordinem nostrum semper pre cunctis ordinibus pretulimus, in amore humilitatem nostram in participacione oracionum vestrarum recipere velitis *vel* colligere procuretis.

1) *sanctitati.*

2) *vulneravit.*

3) *Nach sacro suo collegio abbatum durchstrichen.*

4) *congregatis.*

5) *Marche.*

6) *sanctitatem.*

7) *habitu.*

7. Pro dispersione conventus.

Dolemus, patres karissimi, et dolorem, quem habemus, exprimere non valemus. Quippe si verum est, quod dicitur: *Non est dolor super dolorem dencium, cum a locis propriis extrahuntur*, iam attendere potestis et videre, quo merito dolemus, quando eos, quos nobis in filios adoptavit, quando fratres, quos [in] unum Christi amor congregavit, emittere, diversis in locis dispergere nos oportet.

Hoc tamen facimus de consilio et mandato domini *talis loci* abbatis et vicinorum abbatum tam pro defectu segetum vel¹⁾ aggravacione debitorum nec possumus secundum diffiniciones capituli generalis expectare.

Inde est quod de benivolencia vestra confidentes paternitatem vestram, de qua plenam omnino in domino fiduciam reputamus, quanta possumus affeccione cordis suppliciter exoramus, quatenus latores presencium fratres *istos*, quos de mandato domini *Eberacensis* visitatoris nostri vobis dirigimus intuitu²⁾ dei et ordinis ad tempus conventui vestro sociare velitis et ea caritate fovere, que de intimis cordis affluit et redundat, scientes, quod si senserimus auxilium domini super nos, illos curabimus ad propria revocare.

8. Revocacio monachi cum graciaram accione.

Venerabili in Christo patri, domino abbati de *tali loco* frater . . . dictus abbas in *tali loco* honoris et amoris incrementum continuum cum salute. Paternitati vestre pro amabili karitate, pro beneficiis nostro filio gratuite impensis multiplices graciaram referimus acciones presentibus fideliter promittentes in casu simili aut maiori vestro voluntatis beneplacito, si requisiti fuerimus, complacere.

Cum igitur exemplo summi pastoris ovem erraneam in ovile proprium reducentos dictorum filiorum seniorum nostre domus ac matris sue nobis in Christo dilecte precibus inclinati volumus necnon decernimus misereri, petimus ipsum visis presentibus ante festum instans dilacione aliqua postposita nobis mitti.

9. Supplicat abbas pro quodam hospite, ut revocetur ab abbate suo.³⁾

[F. 7⁴] Pietatis officium esse dinoscitur in infirmitatibus pauperum continuis doloribus compati et viri Samaritani exemplo et ordine misereri.

¹⁾ quam? Doch vgl. Nr. 39.

²⁾ Vorher *quos*.

³⁾ Schwarz, mit rother Tinte nur die Worte: *Supplicavit abbas pro quodam hospite ut re* (für das übrige fehlt der Raum).

Reverende igitur paternitati vestre notum fiat, quod nos fratrem . . . monachum vestrum, ad nos destinatum benigne suscepimus eidem sicut uni ex nostris volentes providere. Cum autem per aliquantulum temporis spacium in domo nostra dictus monachus iam stetisset, cepit graviter destitui dolore et cruciatibus magnis perurgeri, maxime propter . . .¹⁾ sibi minime competentem et eciam propter temperiem aëris, quem omnino complexioni sue contrarium asserit et nocivum, et sic nobiscum, ut dicit, non potest manere absque sui corporis multiplici detrimento.

Nos vero si eius instanciam adtendissemus, ipsum ad vos iam dudum transmissemus, sed iam magis cedimus vobis ipsum transmittendo.²⁾

Venerandam igitur et circumspectam paternitatem vestram rogamus, quatenus eiusdem predicti monachi³⁾ infirmitati compa-cientes eum, si cum pace vestra et ordinis disciplina fieri potest, ad vos revocare velitis vel ipsum ad aliam domum ordinis, in qua vivere possit, salubrius transmittatis.

10. Littera gracie.

Venerabili et in Christo karissimo *etc.* salutem et pietatis visceribus habundare. Ille peritissimus medicus animarum Iesus Christus, [qui] pro transgressoribus intercedendo dormivit in crucis patibulo mortis, docet prelatum evidenter, quantum animarum sibi creditarum salutem zelare debeat et periculum abhorre-re. Hinc est quod cum lator presencium quondam monachus vestre [domus], qui ad ordinis reverti desiderat unitatem, ipsum ad vos duximus transmittendum rogantes, quatenus ipsum in domum vestram, si fieri potest, recipiatis salva ordinis disciplina. Alioquin eidem⁴⁾ alibi in ordine providere curetis, quod non cogatur amplius vagare in seculo in infamiam ordinis et sue anime detri-mentum et ne pro defectu consilii sanguis eius de manu vestra in districti iudicii examine minime requiratur.

11. Littera gracie.

Venerabili *etc.* Cum miserorum nostri ordinis nos de miseri-cordia oporteat misereri ac eorum saluti, in quantum secundum deum possumus, providere, latorem presencium quondam mona-chum vestrum, revertentem de seculo, ad hostium misericordie vestre pulsantem et ad ordinis nostri [unitatem], ut asserit, cum humilitate redire volentem ad vos duximus destinandum sinceritate vestre benigne mandantes, quatenus intuitu dei, qui neminem

1) Eine Lücke von 1 $\frac{1}{2}$ Cm.

2) *non transmittendo.*

3) *eidem predicti monacho.*

4) Nach eidem *in alia* durchstrichen.

vult perire, ipsum, si placet, in propria domo recipere velit.¹⁾ Alioquin in alia domo ordinis provideatis eidem, ut possit iuvante domino salutem anime sue operari, [F. 8] salva semper ordinis laudabili disciplina.

12. Littera emissionis ad abbatem suum.

Venerabili in Christo *etc.* salutem et sincere dileccionis in domino continuum incrementum. Exhibito rem presencium fratrem . . monachum vestrum, quem de laudabili nobiscum habita conversatione quam plurimum commendamus, paternitati vestre ad ipsius instanciam remittimus et rogamus, quatenus eundem monachum precum nostrarum respectu in gratiam pristinam colligentes ipsum domui vestre favorabiliter reformatis, in quo nobis sane speciale beneplacitum facietis.

13. Item de eodem.

Reverendo in Christo *etc.* sinceram cum devotis oracionibus ad obsequia voluntatem. Fratrem . . monachum vestrum, latorem presencium, quem ob vestri reverenciam et pro sue honestatis conversacionis meritis, de quibus eciam sibi de bona consciencia laudabile²⁾ testimonium perhibemus, per aliquod tempus nobiscum tenuimus, paternitati vestre in presenti remittimus ordinate pro ipso et cum ipso devotissime supplicantes, quatenus propter deum principaliter et ob nostrorum obsequiorum intuitum³⁾ circa ipsum [habundare]⁴⁾ dignemini visceribus pietatis. Datum, ut in patentibus continetur.

14. Viaticum.

Universis Christi fidelibus, ad quos presens pervenerit, frater . . dictus abbas *talis loci* salutem in omnium salutari. Latorem presencium fratrem . . de *tali loco* ad domum propriam remittimus et quod ordinate intercedat testimonium perhibentes rogamus in domino. quatenus eidem per vos transitum facienti ob reverenciam ordinis cum benivolencia humanitatis obsequia non negetis.

15. Littera remissionis.

Reverendo *etc.* salutem et sinceram in domino karitatem. Exhibito rem presencium fratrem . . monachum vestrum dileccioni vestre ad ipsius instanciam remittimus cum ipso et pro ipso affectuosissime deprecantes, quatenus misericordiam superexaltantes iudicio ipsius visceribus [pietatis] complectentes in vestre paterni-

1) *recipi valeatis.*

2) *laudabilem.*

3) *intuitu.*

4) Eine Lücke von 1 $\frac{1}{2}$ Cm.

tatis gratiam recolligere dignemini divini remuneracionis nostreque dileccionis intuitu vestris sanctis ovis sociando scientes, quod ipsum vestri causa libentissime tenuissemus et non remissemus eum vobis, si nobiscum eidem diucius stare placuisset. Nam omni tempore, quo nobiscum fuit, est honeste et laudabiliter conversatus.

16. Littera emissionis.

Venerabili in Christo dilecto domino.. abbati in *tali loco* frater.. dictus abbas in *tali loco* cum devotis oracionibus affectuosam ad quelibet beneplacita voluntatem. Paternitatis vestre clemenciam, quam multi filii nostri sepiissime ac uberrime sunt experti in necessitatis articulo, iterum ac iterum compellimur iteratis precibus invocare humiliter supplicantes, [F. 8'] quatenus fratrem.. sacerdotem et monachum nostrum, latorem presencium cum ordinato numero vestium usque ad tempus visitacionis domus nostre vestro sacro collegio dignemini sociare.

17. Viaticum.

Universis Christi fidelibus, ad quos presens pagina pervenerit, frater.. dictus abbas [in *tali loco*] in omnium vero salutari. Fratrem.. sacerdotem, monachum nostrum, latorem presencium, quem ad domum ordinis nostri, videlicet in *tali loco*, ordinate transmittimus, vestre karitati commendamus humiliter supplicantes, quatenus ipsi humanitatis solacia, cum a vobis requisierit, misericorditer impendatis.

18. Littera emissionis.

Venerabili et in Christo dilecto domino.. coabbati suo in *tali loco* frater.. dictus abbas in *tali loco* salutem in domino sempiternam. Mittimus ad vos fratrem.. sacerdotem et monachum nostrum cum plenitudine vestium ac per omnia ordinate petentes, quatenus ipsum tenere velitis usque ad nostrum colloquium personale.

19. Viaticum.

Universis Christi¹⁾ fidelibus has litteras visuris frater.. dictus abbas *talis loci* salutem in domino Iesu Christo Exhibitorum presencium fratrem.. sacerdotem et monachum nostrum, per nos ad *talem locum* ordinate transmissum vestre universitati in domino commendamus petentes, quatenus ipsum, prout vos requisierit, karitatis beneficia non denegetis impendere ob ordinis reverenciam atque nostri.

¹⁾ Christo.

20. Littera emissionis.

Reverendo in Christo patri, domino *etc.* sincere dileccionis constanciam cum salute. Paternitati vestre studiosius supplicamus, quatenus amore nostri exhibitorum presencium fratrem.. sacerdotem et monachum nostrum, quem pio motu cum debito vestimentorum numero ad vos duximus transmittendum, velitis vestro sacro collegio usque ad mutuuum nostrum colloquium sociare ipsum, ut de vobis presumimus, pietatis studio tractaturi.

21. Viaticum.

Universis Christi fidelibus, ad quos presens pervenerit *etc.*

22. Eleccio unius monachi in abbatem.

Cum *domus talis* proprio fuisset viduata pastore, consilium et auxilium impendere tenemur *vel* sollicitamur filii desolatis, ne diuturna pastoris absentia eidem pariat¹⁾ detrimentum. Cum ergo a nobis libera concessa esset eleccio et ad eligendum pastorem secundum ordinis nostri statuta devenissent indilate, in unum monachum vestrum vota sua unanimiter contulerunt supplicantes, ut prefatum ipsis concederem in patrem et pastorem. Nos autem habentes deum pre oculis et desideria singulorum paterne sollicitudinis circumspeccione diligentius intuentes petitionibus ipsorum favore benigno postulata annuere non obmisimus nominantes eundem monachum vestrum in eodem capitulo, qui eis valet et valebit tamquam pastor bonus prodesse potius quam preesse. Vos igitur propensius exorantes, quatenus ipsum canonicè et ordinate electum vobis... concedere dignemini eidem, ut prefate domus regimen suscipiat in suorum remissionem peccatorum. Dat. *etc.*

(Continuatio in fasc. seq.)

Ein Necrolog der Abtei Egmond.

Von P. Corbinian Wirz, O. S. B. in Merkelbeek.

(Fortsetzung zu H. II. 1898, S. 222—229.)

April.

1. Starb Rykla Banjart, welche eine Rente von 10 Schillingen gestiftet.
2. — Maria, Freifrau von Brederode, Gemahlin des Diderich von Brederode, Tochter des Herrn von Lek, im Jahre 1307, die 10 Pfund vermacht hat.
3. — Arnold, genannt Wilde, Sohn des Eustachius, 1307, der fünf Pfund versprochen hat.

¹⁾ *pereat.*

4. — Gertrud, Laienschwester im Hospital, 1323, die eine jährliche Rente von 10 Schillingen vermacht und auf dem Kirchhof der Brüder beerdigt wurde.
 - Giselbert, Priester zu Wognem und Dechant von Westfriesland, im Jahre 1342, für dessen Seelenruhe jährlich 10 Schillinge gegeben werden; er wurde auf dem Kirchhof der Brüder begraben.
5. — Wilhelm von Meghen, Priester und Mönch, im Jahre 1342, der 5 Pfund dem Kloster schenkte und auf dem Klosterfriedhof beerdigt wurde.
6. — Hildegundis, Gemahlin des Herrn von Brederode, Sohn des Drossard Diderich und Tochter der Freifrau von Voorne, 1302, die dem Kloster 10 Pfund hinterliess.
 - Alard von Zielaut, der jährlich 20 Schillinge gab.
7. — Meelis von Berkel, im Jahre 1341, der dem Kloster . . . gab.
8. — Elisabeth, Schwester des Bruders Wilhelm, Mönches, im Jahre 1315, welche 10 Schillinge gegeben.
10. — Mechtildis, Gemahlin Wilhelms, Herzogs von Baiern und Grafen von Holland.
11. — Gräfin Hildegard, Gemahlin Heinrichs II., Grafen von Holland.
12. — Wilhelm, Sohn Falko's, 1316, welcher dem Kloster eine Rente von 10 Schillingen vermachte und auf dem Klosterfriedhof beerdigt wurde.
 - Philipp . . . , der jährlich 5 Schillinge gegeben, 1215.
13. — Floris von Sashem, 1310, der dem Kloster eine jährliche Summe von 10 Schillingen vermachte.
 - Clarissa, Laienschwester, für deren Seelenruhe eine Mark Silber gegeben wurde.
16. — Diddekin, Laienbruder, 1325, der dem Kloster eine jährliche Rente von 10 Schillingen vermachte und ausserhalb des Paradieses¹⁾ begraben wurde.
 - Tieman, Sohn des Ritters Gerhard, 1337, der dem Kloster eine jährliche Summe von 10 Schillingen versprach.
17. — Meynso, Sohn Walters de Vriese, 1298, der eine Rente von einem Pfund hinterliess und im Paradies begraben wurde.
 - Galo und Moriz de Groot, beide ermordet; für deren Seelenruhe unserem Hospital ein Stück Land zu Bergen, das 4 Unzen, und ein gleiches zu Winnem geschenkt wurde, welches 12 Denare einbringt.
 - Gertrudis, Gemahlin Johann . . . , Mutter des Herrn Abtes Johann von Hillegom, welche für sich, ihren Mann und

¹⁾ Theil des Klostergutes. (Anm. d. Herausg.)

- ihre Kinder im Jahre 1375 Morgen Land, gelegen in Schie-polder, geschenkt hat.
- Hadewich von Heemskerck, der eine Summe von jährlich einem Pfund Zinsen vermacht hat.
18. — Wilhelm, Sohn des Jacob, Priester und Mönch, 1335, der dem Kloster 10 Schillinge vererbte und auf dem Kirchhof der Brüder begraben ist.
- Catharina, Gemahlin Wolbrands von Wijk, Laienschwester, die eine jährliche Rente von 10 Schillingen hinterliess.
- Margareta von Aechtdorp, die 6 Schillinge gegeben.
19. — Ava, Schwester des Abtes Lubbert, 1256, die zwei Pfund gegeben.
20. — Margaretha von Rolland, Laienschwester, 1323, die mit ihrem Gemahl Diderich von Rolland, 4 Morgen Land in Naaldwyk dem Kloster schenkte und fast in der Mitte des Paradieses an der Seite ihres Mannes Diderich begraben wurde.
- Nitard, Laienbruder, der ein Stück Land gegeben, das 8 Denare einbringt.
- Johann Bruno, Laienbruder 1330, der jährlich 10 Schillinge gab.
- Mabelia von Egmond, Laienschwester, 1262, die unserm Kloster 30 Schillinge hinterliess.
21. — Bergardis, Laienschwester, die eine Mark Silber gegeben.
22. — Jutte oder Judith, Gemahlin des Gerhard von Rapphurst, Ritters, 1311, die jährlich 10 Schillinge gab.
- Godefried, der 10 Schillinge gegeben.
23. — Margaretha Minneke, Laienschwester, die 10 Schillinge vermachte und auf dem Kirchhof der Brüder begraben wurde.
24. — Ysbrand, Sohn des Eustachius, Sohn des Laef, der eine jährliche Rente von 10 Schillingen stiftete und im Grabe seines Vaters im Paradies beigesetzt wurde.
27. — Badeloch von Egmond, 1244, der jährlich 10 Schillinge gab.
28. — Sophia von Keulen, Schwester des Priors Johann, Laienschwester. 1367, die eine jährliche Summe von 10 Schillingen vermachte und an der Westseite des nördlichen Thurmes begraben wurde.
29. — Omer Sayn, dessen Bücher das Kloster erhielt.
30. — Agnes von Duyvenvoorde, Gemahlin des Gerhard von Raaphurst, Mutter des Mönches Simon, 1335, die jährlich 10 Schillinge gegeben.
- Agatha von Foreest, die 15 Pfund hinterliess im Jahre 1381.

Mai.

3. Starb Diderich von Hoghendorp, Laienbruder, 1324, welcher dem Kloster ein Pfund hinterliess und befahl jedem Mönch, der Priester sei, 5 Schillinge an seinem Sterbetage zu geben.
 - Ysbrand, Kaufmann, Vater des Mönches Bertold, 1348, für dessen Seelenruhe dem Kloster 5 Pfund gegeben wurden.
 - Ferthewy, Laienschwester, welche ein zu Velsen gelegenes Stück Land gab, das jährlich 6 Denare einbringt.
 - Diderich, Priester, welcher 2 Mark Silber geschenkt hat.
4. — Bartholomäus Ryk, aus Delft, der jährlich ein Pfund gab, 1342.
 - Philipp von Polauen, Ritter, Sohn des Herrn Joh. v. Polauen, 1375, der eine jährliche Rente von 5 Pfund hinterliess.
5. — Rutger, der 2 Schillinge gegeben.
6. — Ludolf, für dessen Seelenruhe ein Stück Land zu Uyt-gast gegeben wurde.
7. — Arnold von Velsen, Priester und Mönch, 1310, welcher dem Kloster ein Stück Land, in der Wyk liegend, schenkte, das mehr als 30 Schillinge jährlich einbringt; ferner zur Benützung ein Stück Land unterhalb Bakkem in Lange-weeren liegend gab; er wurde im Capitelsaal begraben.
 - Nikolaus . . . 1345, für dessen Seelenruhe jährlich ein Pfund und fünf Schillinge gegeben wurden.
 - Hugo, Tiemans Sohn, Laienbruder, 1341, der dem Kloster eine jährliche Rente von 10 Schillingen vermachte und in einem Grab der Brüder geigesetzt wurde.
9. — Zyble Wiltschut, 1336, welche eine jährliche Summe von einem Pfund hinterliess.
10. — Wilhelm Boykis, Laienbruder, 1260, der 5 Pfund gegeben.
 - Isseth, welcher 26 Denare gab.
13. — Ermgard, Gemahlin, des Joh. Voorburgh, 1319, welche uns eine jährliche Rente von 10 Schillingen vermachte, und im Grabe ihres Sohnes beigesezt wurde.
14. — Arnold von Egmond, Ritter, 1277, der jährlich 10 Schilling gab.
16. — Bartholomäus, Priester und Mönch unseres Conventes, der 8 Schillinge gegeben hat.
17. — Falco, Siwaards Sohn, 1367, der 5 Pfund vermachte und ausserhalb des Paradieses begraben wurde.

- Wilhelm von Rinnegom, Bruder des Mönches Gerhard, 1280.
- Wilhelm v. Egmond, Ritter, 1234, gestorben bei Stadingen, der eine Rente von 10 Schillingen gestiftet; auch soll er die Kapelle in Rinnegom errichtet haben.
- 18. — Gerhard v. Egmond, Laienbruder, Ritter, 1300, der jährlich 10 Schillinge gegeben und in der an der Nordseite der Kirche gelegenen Kapelle, oberhalb des Grabes seines Vaters beigesetzt wurde.
 - Nikolaus v. Waterland, Bruder des Mönches Simon, der uns 5 Schillinge vermachte, im Jahre 1375.
- 19. — Johann v. Egmond, Laienbruder, 1263, der 10 Schillinge gab.
 - Ysbrand v. Scoten, Bruder des Mönches Joh. v. Scoten, der 5 Pfund hinterlassen hat.
- 20. — Johann, genannt Rottier, Laienbruder, 1290, der jährlich 11 Schillinge gab.
- 21. — Nikolaus v. Egmond, Ritter, Sohn des Gerhard v. Egmond, 1305, der eine Rente von 30 Schillingen gestiftet und bei den Gräbern seines Bruders Johann und seines Vaters beerdigt wurde.
 - Agnes, Vrowins Tochter, Laienschwester, 1341, die uns 10 Pfund gegeben, und im Paradies begraben ist.
 - Heinrich v. Oudendorp, Bastard des Wilhelm v. Egmond, der 5 Pfund geschenkt hat, 1380.
- 22. — Adalbert, Laienbruder, welcher jährlich 25 Denare gab.
 - Ysbrand, genannt Koning, 1325, der eine jährliche Rente von 10 Schillingen stiftete und auf dem allgemeinen Kirchhof begraben ist.
 - Geerik, Priester, der ein Stück Land gab, das 6 Unzen aufbrachte.
 - Nikolaus, genannt Casyn, Stiefbruder des Abtes Diderich Schrevel, 1332, der eine jährliche Summe von 10 Schillingen vermachte.
 - Tetta, welche ein Stück Land schenkte, das keine 2 . . . aufbrachte.
 - Bruder Johannes Tepesar, Laienbruder unseres Conventes 1338, der eine jährliche Rente von 5 Schillingen gestiftet und auf dem Kirchhof der Brüder begraben wurde.
- 23. — Jutte oder Judith, 1269, welche 2 Pfund gegeben.
- 24. — Hermann v. Misie, Priester und Mönch unseres Conventes, 1340, der dem Kloster ein neben der Pfarrkirche von

- Egmond gelegenes Stück Land, genannt den Dyk, schenkte; er wurde auf dem Klosterkirchhof begraben.
- Wilhelm, genannt Oue, Priester in Oudorp 1338, der uns eine jährliche Summe von 10 Schillingen vermacht hat.
 - 25. — Berthold, Schwerträger, und Ivo, die ein Stück Land gaben, das keine 4... aufbringt.
 - Nikolaus, genannt Viseer, Bruder des Diderich Nagel, Abtes von Vlierbeek, vorher Mönch in Egmond, 1578; er vermachte dem Kloster eine jährliche Summe von 5 Pfund.
 - Ivo v. Nubixwoud 1236, der jährlich 4 Unzen gab.
 - 26. — Peter Dameltz v. Schie, Oheim des Gerard v. Mathenesz 1351, der eine jährliche Summe von 10 Schillingen versprochen.
 - 29. — Guido, Bischof von Utrecht, Bruder des Grafen Johann von Holland, für dessen Seelenruhe Bruder Johann Tepesar jährlich ein Pfund gab.
 - Walter v. Egmond 1223, der jährlich 10 Schillinge gegeben hat.
 - 30. — Gerhard, Sohn der Gertrudis v. Castrikem, 1364, der 5 Pfund schenkte.

Juni.

1. Starb Riswidis, für deren Seelenruhe ein Stück Land gegeben wurde, ein ... bezahlend.
2. — Balduin v. Avennes, Ritter, 1368, der uns 5 Pfund vermachte.
3. — Gerhard, genannt Hilbout, Laienbruder in Winnem, 1368, der 5 Pfund vermachte.
4. — Maria, Freifrau v. Resing, Tochter des Bannerherrn Johann v. Egmond, für deren Seelenruhe jährlich 10 Schillinge gegeben wurden; sie wurde im Grabe ihres Oheims Johann v. Egmond begraben.
 - Petrus und Aegidius..., Priester und Mönche, welche beide im Meer ertrunken sind und für deren Seelenruhe der Erzbischof von Schottland eine halbe Mark Gold gegeben hat.
5. — Margaretha, Hausfrau des Bavo, 1351, die eine jährliche Rente von 10 Schillingen stiftete.
 - Nikolaus Gruter, Junior, 1332, der eine jährliche Summe von 10 Schillingen vermacht hat.

6. — Jutta, Freifrau v. Waterland, Gemahlin des Bannerherrn Johann v. Persyn, 1346, die ein . . . versprochen hat, wovon wir aber nichts erhalten.
7. — Hugo . . . 1256, der jährlich 6 Schillinge gab.
9. — Johann Graf v. Blois, der uns 5 goldene Nobels englischer Währung vermachte.
10. — Wilhelm v. Beeke, Priester, der uns 10 Schillinge vermacht hat.
11. — Johann, Sohn des Gerhard, Bruder des Abtes Theoderich, 1327, der eine jährliche Rente von 10 Schillingen stiftete und im Paradies begraben wurde.
13. — Margaretha, Gemahlin des Alard . . ., 1301, für deren Seelenruhe jährlich 10 Schillinge gegeben werden; sie wurde auf dem allgemeinen Kirchhof der Pfarrkirche von Egmond begraben.
 - Vivenus van Assendelft, Bruder des Abtes Hugo, 1369, der eine jährliche Summe von 10 Schillingen stiftete.
 - Egelfret . . ., für welchen 6 Schillinge gegeben wurden.
 - Petrus, genannt Ommeloop, Priester 1383, der uns 5 Pfund vermachte.
15. — Geerik, der ein Pfund gegeben.
 - Beatrix, Hausfrau des Nikolaus Viskers 1383, die uns 5 Pfund vermacht hat.
16. — Simon von Dolre, der ein Pfund hinterliess.
17. — Mabilia von Woude, Gemahlin des Gerhard v. Woude, 1343, die eine jährliche Rente von 10 Schillingen gestiftet.
 - Nikolaus, Sohn des Heinrich v. Assendelft, Bruder des Hugo v. Assendelft, 1335, der eine jährliche Summe von 5 Schillingen vermachte und auf dem Friedhof der Bruderschaft zwischen seiner Mutter Aleyda und seiner Schwester Hildegund beerdigt wurde.
18. — Alard Tatings 1341, der jährlich ein Pfund gab.
19. — Hildegondis, Gemahlin des Gerhard Kaeymaey, 1398, die eine jährliche Rente von 10 Schillingen stiftete.
 - Adalbert, Sohn des Gondrad, 1369, der uns 5 Pfund vermacht hat.
20. — Swenno v. Wydenés, 1296, der zum Besten seiner Seele unserm Kloster eine jährliche Summe von 2 Pfund versprochen hat.
21. — Gertrud, Hausfrau des Ysbrand Yben, 1348, die eine jährliche Summe von 10 Schillingen vermachte und an der Südseite des Paradieses begraben ist.

- Ysbrand Yben, der uns ein Stück Land gegeben, das jährlich 5 Schillinge aufbringt.
22. — Ivo v. Hem, der uns 6 Schillinge vermachte.
23. — Gerwalech, Laienbruder unseres Conventes, der ein Stück Land gab, das jährlich 6 Unzen aufbringt.
26. — Simon, Sohn des Heinrich Walgher, 1332, der eine jährliche Rente von 10 Schillingen stiftete und auf dem Friedhof der Bruderschaft beerdigt ist.
27. — Johann, Sohn Walters de Vriese, 1202 (vielleicht 1302), der uns jährlich 10 Schillinge versprach und im Paradies begraben wurde.
- Margaretha, Tochter des Herrn v. Blankenheim, Gemahlin des Wilhelm v. Egmond, 1312, die eine jährliche Rente von 50 Schillingen versprach und nördlich der Ada v. Egmond begraben wurde.
28. — Werner von Kastrikom, Priester und Domberr von Utrecht, 1330, für dessen Seelenruhe uns eine Pachte zu Kastrikom, 10 Schillinge einbringend, gegeben wurde.
- Ermentrudis, Laienschwester, die uns jährlich 30 Denare gab.
30. — Agatha, Hausfrau des Didekin, Laienschwester, 1336, die uns eine jährliche Summe von 10 Schillingen vermachte und an der Nordseite des Paradieses beigesetzt wurde.
- Adalwar, der unserer Bruderschaft ein Stück Land in Assendelft gab, das jährlich 2 Unzen aufbringt.

(Fortsetzung folgt im nächsten Heft.)

